

Miscellen.

Varia.

Aelianus in animalium historia IV 49 ἐὰν δὲ γεύσηται (scil. ἡ πάρδαλις) ἀγνοοῦσα τοῦ καλουμένου παρδαλιάγχου (πότα δέ ἔστιν), ἀποπάτημα ἀνθρώπου ποθὲν ἀνιχνεύσασα διασύζεται. *Puto λιχνεύσασα διασύζεται cf. Ciceronis de nat. deorum II 126: 'auditum est pantheras, quae in barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, quo cum essent usae, non morerentur'. Ecce auctor urbanus. Sed intellegis non sufficere τὸ ἀνιχνεύειν.*

Ibd. X 13 εἰ δὲ ἐθέλοι τις τῶν πεφυκότων ἑτέρως τινὰ σοφίας τέχνη περιγράψαι τε καὶ λείον ἀποφῆναι τὸν λίθον, δὲ ἐλέγχει τὴν ἐπιβουλήν. Exstitit qui τέχνης σοφίᾳ commendaret et probaretur. Verum unde τινά pendere dicemus, quoniam περιγράψαι et ἀποφῆναι tam arte inter se coniuncta sunt, ut τὸν λίθον utriusque obiectum esse existimes, praesertim cum περιγράφειν τινὰ (περὶ τὸν λίθον) et περιγράφειν τὸν λίθον eodem iure graece dici possint? Qui sunt, id quod gravissimum est, οἱ πεφυκότες ἑτέρως; Equidem in πεφυκότων ἑτέρως τινὰ σοφίας inesse credo πεφυκότων εὐ πρός τινα(ς) σοφίας, ac moneo σοφίαι pluralem post Platonem haud raro obversari.

Ibd. XII 5 καὶ τρέφονται μὲν ἐν τῷ Σμινθείῳ μύες τιθασοὶ δημοσίας τροφὰς λαμβάνοντες. Cum in libris sit τρέφονται μὲν εἰς τοὺς Σμινθίους μύες, edendum erat uno σ, quod vacat, desumpto: τρέφονται μὲν ἐν τῷ Σμινθέῳ, gemella habes XVI 39: καὶ τρέφεσθαι γε ἐν Ἀσκληπιοῦ σὺν πολλῇ τῇ κομιδῇ αὐτοὺς Αἰγύπτιοι φασιν. Apud Philostratum Heroici p. 300, 29 K ἐν Ἡφαίστου pro ἐν Ἡφαίστῳ corrigendum fuisse obiter moneo.

Hercherus qua licentia interdum scriptores Graecos tractaverit, optime cognoscitur ibd. XV 7, ubi edidit: νομάς τοῖς βουσὶ καὶ τοῖς προβάτοις παρέχει θαυμαστάς (scil. ἡ Πρασίων χώρα), καὶ τὰ μὲν ζῷα ἐστιάται ήδίστην τὴν δεέ ἐστίασιν. In libris quidem καὶ τὰ μὲν ζῷα ἐστιάται τὴν δεέ τὴν ήδίστην inest, quae verba non tam perturbanda quam interpretanda erant: καὶ τὰ μὲν ζῷα ἐστιάται τὴν δαίτην ήδίστην. δαίτη vocabulum de animalium pastu prior Oppianus adhibuit.

Aelianus variae hist. I 16: δὲ (scil. Socrates) οὐκ ἥνεσχετο, ἀλλ' ἔφη πρὸς τοὺς ἀμφὶ τὸν Κρίτωνα καὶ Σιμμίαν καὶ Φαιδωνα 'καὶ πῶς ὑπὲρ ἡμῶν καλῶς Ἀπολλόδωρος οὕτως δοξάζει, εἴ γε αὐτὸ πεπίστευκεν ὅτι μετὰ τὴν ἐξ Ἀθηναίων φιλοτησίαν καὶ τὸ τοῦ φαρμάκου πόμα ἔτι οὕτως ὅψεται Σωκράτην. Recte, opinor, Hercherus edidit Ἀπολλόδωρος οὗτοσι, idem quod καὶ τὸ τοῦ φαρμάκου πόμα tamquam interpretamentum φιλοτησίαν vocabulo additum eiecit, bene fecisse videri po-

test. Sed cum αύτο omiserit, latere puto ἀποπεπίστευκεν, de-
nique in ultimis οὕτως, quod oppressit, in ὄντως mutare debuit.

Ibd. III 1 τὰ καλούμενα Τέμπη τὰ Θετταλικά describens haec exhibit: δρη δὲ ταῦτα ἔστιν ὑπερύψηλα καὶ οἷον ὑπό τινος θείας φροντίδος διεσχισμένα, καὶ μέσον δέχεται χω-
ρίον, οὐ τὸ μὲν μῆκος ἐπὶ τετταράκοντα διήκει σταδίους. Cor-
rigas κατὰ μέσον δ' ἔχεται χωρίον, ceterum haec omnia e Theop-
ompo sumptissime videtur¹; cum enim sic perget: διαρρεῖ δὲ μέσου
αὐτοῦ ὁ καλούμενος Πηγείος· ἐς τούτον δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ποτα-
μοὶ συρρέουσι, adeas Theonis progymn. p. 68, 12 Sp.: ἔχομεν
δὲ καὶ ἐν τῇ ἐνάτῃ τῶν Φιλιππικῶν Θεοπόμπου τὰ ἐν Θετταλίᾳ
Τέμπη, ἡ ἔστι μὲν μεταξὺ δύο ὁρῶν μεγάλων τῆς τε "Οσσῆς
καὶ τοῦ 'Ολύμπου, ἥει δὲ δι' αὐτῶν μέσος ὁ Πηγείος, εἰς δὲ
ἄπαντες οἱ κατὰ τὴν Θετταλίαν ποταμοὶ συρρέουσι.

Ibd. XIV 33 Platonii Diogenem 'κύον' increpanti ille re-
spondisse narratur: 'ἀλλ' ἔγω, εἶπεν, οὐκ ἐπανῆλθον ἔκεισε,
ὅθεν ἐπράθην, ὥσπερ οἱ κύνες' αἰνιττόμενος αὐτοῦ τὴν ἐς Σι-
κελίαν ὄδον. Quoniam alterum philosophi in Siciliam iter intel-
legi apparet — nempe a Dionysio venditus iterum instante Dione in Siciliam profectus esse traditur — corrigendum est αἰνιττό-
μενος αὐτοῦ τὴν ἐς Σικελίαν ὄδον. Ultimae prioris vocabuli
litterae secundi initium hauserunt. Plane eadem ratione apud
Dionysium in epistula ad Pompeium data p. 771 R: κρείττον δὲ
ἡν διεξελθόντα πάντα τελευτὴν ποιήσασθαι τὴν θαυμασιωτάτην
καὶ μάλιστα τοῖς ἀκούουσι κεχαρισμένην, τὴν κάθοδον τῶν φυ-
γάδων τῶν ἀπὸ Φυλῆς, ἀφ' ᾧ ή πόλις ἀρξαμένη τὴν ἐλευ-
θερίαν ἐκομίσατο vide ne verum sit: τὴν ἐλευθερίαν ἀνεκομί-
σατο, quod *vertas*, libertatem recuperavit; namque iam antea
liberae fuerant Athenae, deinde, ut ait Cornelius Nepos, patriam
a triginta oppressam tyrannis e servitute in libertatem Thrasy-
bulus vindicavit. Denique adicio Philostrati locum qui est Heroici
p. 212 K: γάμον ἐδείσαντο σφῶν Ποσειδῶν τε αὐτὸς καὶ Ἀμ-
φιτρίτη Νηρηίδες τε ξύμπασαι καὶ ὅπόσοι ποταμοὶ καὶ δαίμονες
ἔρχονται τὴν Μαιῶτιν τε καὶ τὸν Πόντον. Tamdiu credam
δαίμονες ἐσέρχονται scribendum esse, donec huius aetatis scripto-
rem ᔹρχεσθαι cum accusativo iungere demonstratum erit. Sane
poetas excipio.

Aelianus in epistula X: πέπυσμαί σοι τὸν ὃν εἶναι λάγνην.
Corrigendum esse: σοι τὸν οὗδαν εἶναι λάγνην ex iis efficitur, quae
secuntur: τοῦτο τάρ τοι καὶ τὰ Ζῷα (quasi aper non sit Ζῷον)
ἀναπείθει ἡσυχίαν τε ἔχειν καὶ σωφρονεῖν et infra: ἔρων παύ-
σεται καὶ ἐπιτρίβων σοι τὴν οὔσιαν.

Gregorius N. Bernardakis dum in adnotatione critica Plu-
tarchi mor. 967^e subiecta Aeliani locum qui est de nat. an. VI 50
laudat, ubi est προέσθαι δὲ ὅπερ οὖν ἐπήγοντο νεκρόν, turpe
mendum οὖν ἐπήγοντο eximendum esse adfirmat corrigendo συ-
επήγοντο. Quod nollem dixisset. Etenim sicut apud alios ra-
rissimum est ὅπερ οὖν, quod longe plurimi omnino ignorant,

¹ Cf. Muellerus FHG I pg. 292.

ita apud Aelianum volgare. Tetigit eam rem Meinekius vir acutissimus, cum in Hermae volumine I locos aliquot epistolarum Aelianearum emendatos proposuit, qui quod sophistam nisi ὥσπερ οὖν non dixisse contendit, ipse quoque sine dubio lapsus est. Itaque ut qualis usus fuerit, cognoscatur, omnia quae eo pertinent exempla congesta adferre possumus, verum ne longi videamus, sola ea tractabimus, quae in libris de animalium natura scriptis exstant: horum enim librorum traditio est melior. Ac primum quidem monemus non modo ὥσπερ οὖν, ὥσπερ οὖν Aeliano placuisse, sed omnino solere eas voculas, quae in πέρι exeunt, οὖν secum habere. Credas, quod reliquis satis fuit, id Aeliano minime satis fecisse; iccirco εἴπερ οὖν, έάν περ οὖν, alia reperies. Iam vero iterum, ne innumeris paene exemplis exscribendis chartam consumere dicamus, unum exhibebimus, quo qualis iustus fuerit usus, intellegi possit: prohoemii v. 7 λογισμοῦ ἡξίωται, ὥσπερ οὖν ἔστι πολυαρκέστατος τε καὶ πολυφελέστατος. Scilicet hunc in modum res se habet: si postponitur enuntiatio relativa, necessaria ὥσπερ οὖν, ὥσπερ οὖν videntur. Sin a relativo incipit perihodus, non ita: Cf. V 13 ὅπερ δὲ ὁ θεῖος Πλάτων περὶ τῶν τεττίγων λέγει —, τοῦτ' ἀν καὶ περὶ τοῦ τῶν μελιτῶν χοροῦ εἴποι τις, V 24 ὅπερ ἔαυταῖς συνειδούσαι, ὅταν ἀκούσωσιν ὑλακῆς, ἔς τοὺς θάμνους καὶ τὰ ἔλη καταθέουσι, XIII 14 καὶ ὅπερ τοῖς λέουσί φασι τὴν ἀλκαίαν δύνασθαι —, τοῦτό τοι καὶ ἐκείνῳ τὰ ὥτα ἔστι, VI 3, VII 41, IX 43, XI 12, XIV 25, XVII 18, XVII 21. Qua observatione erroris Hercherus convincitur qui XIV 26 p. 360, 26 ὥσπερ οὖν καὶ, quod traditur, in καὶ ὥσπερ οὖν mutavit, tamquam si novum enuntiatum inciperet, quo loco omnia sana sunt nec difficultatem parat καὶ ἐκεῖνοι subiectum repetitum. Vide p. 367, 1, p. 367, 26. Porro, ut in viam redeamus, si comparatio est seu vocabuli simplicis seu participii, solum ὥσπερ stare potest: XII 42 προσνεῖ γάρ αὐτοῖς ὁ σκάρος τοητεύμενος ὥσπερ ἡδύσμασι, XII 46 τὰ δ' οὖν Τυρρηνὰ κατ' ὀλίγον ὥσπερ ὑπό τινος ἴυγγος ἀναπειθούσης ἔλκεται, XIII 7 ἡδοντάι τε καὶ αἰσθάνονται ὥσπερ ἄνθρωποι, XIII 6, XVI 15, XV 9 bis. Denique semel ὥσπερ δὴ usurpavit XIV 4 ὥσπερ δὴ καὶ προεῖπον, bis ἐκεῖνα, ἄπερ, V 32 ταῦ-καὶ ἐκεῖνα συμφυά καὶ ἔδια, ἀπερ ἔστι μαθεῖν ἀξια, XIV 11 δράσας τε ἐκεῖνα, ἀπερ εἰπεῖν οὐκ ἔστιν ἀτοπον. Quae relinquentur novem exempla, ea dubia et paene omnia ita comparata sunt, ut propter ἄν, ἦν, ἐν, οἱ adnexa οὖν facile interire potuerit: VII 24 περὶ τοὺς αἰγιαλούς ἀλώνται, ὅθεν περ καὶ ἔξεφυσαν VII 34 διείρει διὰ παντὸς οὐπερ ἀν καὶ δύνηται, VIII 25 οἱ τρόχιλοι κατατίθενται ἔς τοὺς κροκοδείλους εὐεργεσίαν, ἥσπερ ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις μέμνηται καὶ Ἡρόδοτος λόγοις XI 16 ἐν τοῦν Λαοινίψ τῷ πολίσματι, ὅπερ τῆς Λατίνων χώρας ἔστι XI 33 οὐκοῦν ἐπειδὴ μηδὲν ἤνυστο, ὅπερ ἦν προδοὺς ἀργύριον δ ἀστος ἀπήτει λαβεῖν XII 30 καὶ ἐν Ἐλάωρ ὁτε τῆς Σικελίας, ὅπερ ἦν πάλαι Συρακοσίων φρούριον, XVI 18 κήτη ἔστιν ἀπεριφέρει καὶ γυναικῶν ὄψιν, αἰσπερ ἀντὶ πλοκάμων ἀκανθαι προσήρτηνται XVII 12 ἐμβαλὼν εἴτε ἔς οἰνον εἴτε ἔς ἄλλα

πώματα, ὥνπερ οἱ τούτων κατάρατοι σοφισταὶ ἐπιτήδειον ἔγηνται τὴν πρὸς ἐκέīνο τὸ αἷμα κράσιν epilogi v. 6 μὴ παραλείποντι ἀπερ ἔγνων Denique IX 15, quae verba corrupta esse consentiunt omnes, in ὅπερ ἵσασιν ἀπόκριμα αὐτοῖς delitescere puto ὁ προιᾶσιν ἀπόκριμα αὐτοῖς. Scilicet in solis de natura animalium libris insunt plus *ducenta septuaginta* exempla, quibus ὅσπερ οὖν, ὥσπερ οὖν similia stabiuntur.

Bonnae.

L. Radermacher.